7. *modo*, „vor Kurzem", zeigt eine Zeit an, die dem Sprechenden näher liegt, als die des Sex. Aelius und des Coruncanius. Es müsste also P. Licinius Crassus gemeint sein, der im J. 171 Consul war. Wahrscheinlich ist eine Verwechselung des Cicero anzunehmen. Nicht dieser P. Licinius Crassus zeichnete sich durch Beredtsamkeit und Kenntniss des bürgerlichen wie kirchlichen Rechts aus, sondern der weit früher lebende P. Licinius Crassus Dives der schon im J. 212 Pontifex Maximus, im J. 205 Consul war. Liv. XXX, 1: *Facundissimus habebatur seu causa oranda, seu in senatu et ad populum suadendi ac dissuadendi locus esset; iuris pontificii peritissimus.*

8. *est provecta*, sie machte Fortschritte, nahm zu. S. dagegen c. 16, § 55.

§ 28. Freilich des Redners Wirksamkeit ist ohne ein gewisses Maass körperlicher Kraft gehemmt, allein auch ihm eröffnet sich, wenn die Kräfte abnehmen, ein nicht minder segensreiches Feld, der Unterricht (*praecipere*).

10. *omnino* „in allen Dingen", d. h. allerdings, was auch bei uns der Bedeutung der concessiven Partikel „freilich", „zwar" nahe kommt.

canorum illud in voce splendescit. Eine ähnliche Vermischung der Bilder (der helle Klang — glänzt) nicht selten auch bei den Griechen. So in Sophokles Philoctet v. 189: ἀχὼ (Echo) τηλεφανὴς πιχρὰς οἰμωγὰς ὑποχλάει. — Den Begriff *canorum* erklärt das Nestor beigelegte Attribut λιγύς (*canorus*) ἀγορητής.

12. *et videtis annos*, wie wir „ihr seht meine Jahre", d. i. trotz meines Alters.

sed tamen, d. i. wenn dies auch nicht der Fall ist.

decorus senis sermo quietus et remissus, facitque per se ipsa sibi audientiam diserti senis compta et mitis oratio. Quam si ipse exequi nequeas, possis tamen Scipioni praecipere et Laelio. Quid est enim iucundius senectute stipata studiis iuventutis. **29.** An ne illas quidem vires senectuti relinquimus, ut adulescentes doceat, instituat, ad omne officii munus instruat? quo quidem opere quid potest esse praeclarius? Mihi vero Cn. et P. Scipiones et avi tui duo, L. Aemilius et P. Africanus, comitatu nobilium iuvenum fortunati videbantur; nec ulli bonarum artium magistri non beati putandi, quamvis consenuerint vires atque defecerint. Etsi ista ipsa defectio viriuni adulescentiae vitiis efficitur saepius quam senectutis. Libidinosa enim et intemperans adulescentia effetum corpus tradit senectuti. **30.** Cyrus quidem apud Xenophontem eo sermone, quem moriens habuit, cum admodum senex esset, negat se umquam sensisse, senectutem suam imbecilliorem factam, quam adulescentia fuisset. Ego L. Metellum me-

1. *decorus* ist Prädicat zu *senis sermo quietus et remissus.*

per se ipsa 'an und für sich' d. i. durch die Gediegenheit des Inhalts ohne den auf äusseren Mitteln des Vortrags (*latera* und *vires*) beruhenden Zauber.

2. *compta*, „gekämmt, geglättet" d. i. schlicht und sauber; hier mit *mitis* verbunden im Gegensatz zu einer jugendlich feurigen, gewaltsam hinreissenden Rede. In ähnlicher Weise wird bei Tacit. Ann. VI, 15 *mitis ingenio et comptae facundiae* zusammengestellt.

quam, zu beziehen auf *oratio.*

3. *Scipioni — et Laelio.* Laelius und Scipio stehen hier als Vertreter aller wissbegierigen jungen Männer.

7. *Cn. et P. Scipiones.* Cn. Cornelius Scipio Calvus, Consul 222, fiel in Spanien 212 gegen Hasdrubal. P. Cornelius Scipio, dessen Bruder, Consul 218, fiel ebenfalls in Spanien 212. Liv. XXV, 32—36. — Cic. Paradox. 1, 2, 12 werden sie *propugnacula belli Punici* genannt. Vgl. de senect. c. 20, § 75. c. 23, § 82.

8. *avi tui duo.* L. Aemilius Paullus, der Vater des Macedonicus, dessen leiblicher Sohn der an dem Dialoge theilnehmende Scipio. Zum ersten Male Consul 219, zum zweiten Male 216, fiel er in der Schlacht bei Cannä.

P. Africanus, vgl. c. 6, § 19.

9. *nec ulli — magistri non beati putandi.* Die schönste und richtigste Würdigung des Lehrerstandes, die wir aus dem Alterthum besitzen.

11. *etsi*, wie vorher an mehreren Stellen *quamquam*, beschränkend (s. c. 1, § 1). Zusammenhang: Ueberdies hängt die grössere oder geringere körperliche Hinfälligkeit, die im Gefolge des Alters ist, wesentlich von der grösseren oder geringeren Mässigkeit ab, die wir in der Jugend gezeigt haben.

13. *Cyrus*, der ältere C., König von Persien.

apud Xenophontem, in einer Stelle seiner Cyropädie (Erziehungsgeschichte Cyrus des Aelteren) VIII, 7, 6.

14. *admodum senex.* Cic. de divinatione c. 23, § 46: *Ad septuagesimum (annum) pervenit.*

negat se umquam sensisse, senectutem — fuisset. Fast wörtlich nach Xenophon: τοὐμὸν γῆρας οὐδεπώποτε ἠσθόμην τῆς ἐμῆς νεότητος ἀσθενέστερον γιγνόμενον.

16. *L.* (Caecilium) *Metellum me-*

mini puer, qui cum quadriennio post alterum consulatum pontifex maximus factus esset, viginti et duos annos ei sacerdotio praefuit, ita bonis esse viribus extremo tempore aetatis, ut adulescentiam non requireret. Nihil necesse est mihi de me ipso dicere; quamquam est id quidem senile aetatique nostrae conceditur.

31. Videtisne, ut apud Homerum saepissime Nestor de virtutibus suis praedicet? Tertiam enim iam aetatem hominum videbat; nec erat ei verendum, ne vera praedicans de se nimis videretur aut insolens aut loquax. Etenim, ut ait Homerus, ex eius lingua melle dulcior fluebat oratio; quam ad suavitatem nullis egebat corporis viribus. Et tamen dux ille Graeciae nusquam optat, ut Aiacis similes habeat decem, sed ut Nestoris; quod si sibi acciderit, non dubitat, quin brevi sit Troia peritura. **32.** Sed redeo ad me. Quartum ago annum et octogesimum; vellem equidem idem posse gloriari, quod Cyrus; sed tamen hoc queo dicere, non me quidem eis esse viribus, quibus aut miles bello Punico aut quaestor eodem bello aut consul in Hispania fuerim,

mini — esse. Er war während des ersten punischen Krieges zweimal Consul, das erste Mal 251, das zweite Mal 247. — *Esse* vom Deutschen abweichend der Infin. Praes., daraus zu erklären, dass das Wesen der Erinnerung in der Vergegenwärtigung des Vergangenen beruht.

5. *id quidem*, d. i. von sich selbst zu sprechen.

6. *videtisne, ut — praedicet.* Vgl. Homer. Il. I, 260 ff. XI, 668 ff.

7. *tertiam enim iam aetatem hominum videbat.* S. Hom. Il. I, 250 ff.:

τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων
ἐφθίαθ', οἵ οἱ πρόσθεν ἅμα τράφεν ἠδ' ἐγένοντο
ἐν Πύλῳ ἡγαθέῃ, μετὰ δὲ τριτάτοισιν ἀνασσεν.

9. *ex eius lingua melle dulcior fluebat oratio.* Homer Il. I, 249:

τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

11. *et tamen* d. i. trotz seines Alters, bezieht sich auf das Vorhergehende *tertiam — aetatem — vivebat*, nicht auf den Satz *Etenim — viribus*, der nur zur Erklärung eingeschaltet ist. Vgl. zu c. 6, § 16.

nusquam optat, ut — Nestoris. Homer Il. II, 371 ff.:

αἲ γάρ, Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον,
τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες εἶεν Ἀχαιῶν·
τῷ κε τάχ' ἠμύσειε πόλις Πριάμοιο ἄνακτος
χερσὶν ὑφ' ἡμετέρῃσιν ἁλοῦσά τε περθομένη τε.

14. *quartum ago annum et octogesimum*, vgl. c. 5, § 14.

vellem, vgl. c. 8, § 26.

16. *me quidem.* Ueber die Stellung von *quidem* s. § 65.

miles bello Punico, vgl. c. 4, § 10. c. 6, § 18.

17. *quaestor eodem bello*, vgl. c. 4, § 10.

consul, vgl. c. 6, § 18.

in Hispania, im diesseitigen Spanien. Er musste seine Provinz, deren Bevölkerung in vollem Aufstande war, sich erobern und war in seinen Unternehmungen so glücklich, dass der Senat ihm zu Ehren ein Dankfest von drei Tagen veranstaltete. Er selbst rühmt sich mehr Städte in Spanien erobert zu haben,

aut quadriennio post, cum tribunus militaris depugnavi apud Thermopylas M'. Glabrione consule; sed tamen, ut vos videtis, non plane me enervavit nec afflixit senectus; non curia vires meas desiderat, non rostra, non amici, non clientes, non hospites. Nec enim umquam sum assensus veteri illi laudatoque proverbio, quod monet mature fieri senem, si diu velis senex esse. Ego vero me minus diu senem esse mallem, quam esse senem ante, quam essem. Itaque nemo adhuc convenire me voluit, cui fuerim occupatus. At minus habeo virium, quam vestrum utervis. **33.** Ne vos quidem T. Pontii centurionis vires habetis; num idcirco est ille praestantior? Moderatio modo virium adsit, et tantum, quantum potest quisque, nitatur; ne ille non magno desiderio tenebitur virium. Olympiae per stadium ingressus esse Milo dicitur, cum humeris sustineret bovem vivum. Utrum

als er dort Tage verlebte.

1. *cum trib. mil. depugnavi apud Thermopylas.* Wahrscheinlicher ist es, dass er in diesem Feldzuge (191) nicht Kriegstribun, sondern Legat war. Vgl. c. 6, § 18.

3. *non curia vires meas desiderat, non rostra — hospites*, d. i. im Senat, auf der Rednerbühne, für die Freunde u. s. w. bin ich noch thätig. Ueber seine Wirksamkeit im Senat vgl. c. 6, § 18. Vor dem Volke sprach er noch in seinem letzten Lebensjahre Cic. Brut. 20, 80: *Cato annos quinque et octoginta natus excessit e vita, quum quidem eo ipso anno contra Serv. Galbam ad populum summa contentione dixisset.* In dieser Rede, von der noch einige Bruchstücke erhalten sind, nahm er sich seiner Clienten, der Lusitanier, gegen den vom Proprätor Serv. Galba an ihnen verübten Verrath an. Oros. IV, 21: *Simulans* (Galba) *de commodis eorum se acturum fore circumpositis militibus cunctos* (7000) *inermes incautosque prostravit.*

6. *monet mature fieri senem. Monere* in der Bedeutung „erinnern, auffordern" gewöhnlicher mit *ut*; die Construction mit dem blossen Infin. in weiterer Ausbreitung erst bei den späteren Schriftstellern. Der Sinn des Sprichworts ist: Wenn du ein hohes Alter erreichen willst, so fange zeitig an, das Wesen eines Greises anzunehmen, d. i. die dem Alter zukommende Besonnenheit und Mässigkeit zu beweisen (ähnlich die Bedeutung von *senile* § 38). C. fasst es hier anders; er nimmt *senex* beide Male in demselben Sinne „ein alter Mann" und legt den Sinn hinein, man solle frühzeitig die grössere Bequemlichkeit, zu welcher das Alter berechtigt, in Anspruch nehmen, wenn man als Greis lange leben wolle.

7. *mallem*, vgl. c. 8, § 26.

8. *cui fuerim occupatus*, d. i. dem ich meine Dienste verweigert hätte, unter dem Vorgeben, mit Arbeiten bereits überhäuft zu sein; der Dativ, wie wir sagen: für Jemand nicht zu Hause sein.

10. *T. Pontius*, ein Centurio, von welchem uns weiter nichts bekannt ist.

12. *ne* = *ναὶ* oder *νή* nur bei Pronominibus.

14. *cum humeris sustineret bovem.* Vgl. Quinct. 1, 9: *Milo, quem vitulum assueverat ferre, taurum ferebat.*

igitur has corporis an Pythagorae tibi malis vires ingenii dari? Denique isto bono utare, dum adsit; cum absit, ne requiras; nisi forte adulescentes pueritiam, paululum aetate progressi adulescentiam debent requirere. Cursus est certus aetatis et una via naturae eaque simplex, suaque cuique parti aetatis tempestivitas est data, ut et infirmitas puerorum et ferocitas iuvenum et gravitas iam constantis aetatis et senectutis maturitas naturale quiddam habeat, quod suo tempore percipi debeat. **34.** Audire te arbitror, Scipio, hospes tuus avitus Masinissa quae faciat hodie, nonaginta natus annos; cum ingressus iter pedibus sit, in equum omnino non adscendere; cum equo, ex equo non descendere; nullo imbri, nullo frigore adduci, ut capite operto sit; summam esse in eo corporis siccitatem; itaque omnia exequi regis officia et munera. Potest igitur exercitatio et temperantia etiam in senectute conservare aliquid pristini roboris.

Ne sint in senectute vires. Ne postulantur quidem vires a **11**
senectute. Ergo et legibus et institutis vacat aetas nostra muneribus eis, quae non possunt sine viribus sustineri. Itaque non modo quod non possumus, sed ne quantum possumus quidem cogimur. **35.** At multi ita sunt imbecilli senes, ut nullum officii aut omnino vitae munus exequi possint. At id quidem non proprium senectutis vitium est, sed commune valetudinis. Quam fuit imbecillus P. Africani filius, is qui te adoptavit! quam tenui

1. *Pythagorae*, vgl. c. 7, § 23.

2. *utare* „mann"; der Conjunctiv, weil nicht von einer bestimmten Person die Rede ist, sonst würde der Imperativ gewöhnlicher sein.

cum, „wann", nicht „da". Vgl. zu c. 1, § 4 und Zumpt § 547.

3. *nisi forte*, wie c. 6, § 18.

9. *hospes tuus avitus*, vom Vater seines Adoptivvaters, Scipio Africanus maior.

Masinissa, König der Numider, im zweiten punischen Kriege anfangs Bundesgenosse der Carthaginienser, später, vom Jahr 206 an, treuer Verbündeter der Römer. Er soll über 60 Jahre König gewesen sein.

10. *pedibus*. Wir setzen den Singular. Vgl. *aures praebere*.

11. Selbst zugegeben, dass es dem hohen Alter an Kräften gebricht, — es werden von ihm Körperkräfte nicht verlangt.

18. *non modo, quod non possumus, sed ne quantum possumus quidem. Quod non possumus* hängt von *cogimur* ab; *cogi aliquid* = zu etwas gezwungen werden. Die in *ne quantum possumus quidem* enthaltene Negation bezieht sich auch auf das erste Glied *non modo*, „nicht nur nicht, sondern auch nicht", ein Gebrauch, der nur dann stattfindet, wenn beide Sätze ein gemeinschaftliches Prädicat haben und dieses im zweiten Gliede steht.

20. *at multi...* neue Einwendung der Gegner. Die Antwort darauf giebt das Folgende: *At id quidem non proprium senectutis vitium est.*

23. *P. Africani filius, is qui te adoptavit*. Er hiess auch P. Cornelius Scipio Africanus. Vgl. c. 6, § 19.

aut nulla potius valetudine! Quod ni ita fuisset, alterum illud extitisset lumen civitatis; ad paternam enim magnitudinem animi doctrina uberior accesserat. Quid mirum igitur in senibus, si infirmi sunt aliquando, cum id ne adulescentes quidem effugere possint? Resistendum, Laeli et Scipio, senectuti est, eiusque vitia diligentia compensanda sunt; pugnandum, tamquam contra morborum vim, sic contra senectutem; **36.** habenda ratio valetudinis; utendum exercitationibus modicis; tantum cibi et potionis adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur. Nec vero corpori solum subveniendum est, sed menti atque animo multo magis. Nam haec quoque, nisi tamquam lumini oleum instilles, extinguuntur senectute. Et corpora quidem exercitationum defetigatione ingravescunt, animi autem exercendo levantur. Nam quos ait Caecilius

comicos stultos senes,

hos significat credulos, obliviosos, dissolutos; quae vitia sunt non senectutis, sed inertis, ignavae, somniculosae senectutis. Ut petulantia, ut libido magis est adulescentium, quam senum, nec tamen omnium adulescentium, sed non proborum, sic ista senilis stultitia, quae deliratio appellari solet, senum levium est, non omnium. **37.** Quattuor robustos filios, quinque filias, tantam domum, tantas clientelas Appius regebat et caecus et senex; intentum enim animum, tamquam arcum, habebat, nec languescens succumbebat senectuti. Tenebat non modo auctoritatem, sed etiam imperium in suos; metuebant servi, verebantur liberi, carum omnes habebant; vigebat in illa domo patrii moris disciplina. **38.** Ita enim senectus honesta est, si se ipsa defendit, si ius suum retinet, si nemini mancipata est, si usque ad ultimum

1. *nulla potius valetudine*, s. c. 3, § 7: *sine quibus* (*voluptatibus*) *vitam nullam putarent.*

alterum illud extitisset lumen civitatis, „es wäre in ihm eine zweite Zierde des Staates erschienen". *Alterum* in Beziehung auf seinen Vater P. Africanus.

14. *Caecilius*, der obenerwähnte Statius. Die Stelle ist aus der Komödie Epikleros (*Ἐπίκληρος*, die Erbtochter); vollständiger de amic. c. 26, § 99:

Ut me hódie ante omnis cómicos stultós senes
Vorsáris atque emínxeris lautíssume.

15. *comicos*, „wie sie in der Komödie vorkommen".

16. *hos significat credulos*, mit diesen bezeichnet, unter ihnen versteht er die *senes credulos obliviosos ... Significare*, wie die Verba für etwas halten, zu etwas ernennen u. dgl. mit dem doppelten Accusativ.

22. *Appius*, s. c. 6, § 16.

28. *si nemini mancipata est*, „wenn sie (*senectus*) an Niemand sich verkauft". Durch die *mancipatio* wurde vor wenigstens fünf Zeugen und einem Wäger (*libripens*) auf feierliche Weise eine Sache in den Besitz (*manus*) eines Andern übertragen. Auch freie

spiritum dominatur in suos. Ut enim adulescentem, in quo est senile aliquid, sic senem, in quo est aliquid adulescentis, probo; quod qui sequitur, corpore senex esse poterit, animo numquam erit. Septimus mihi liber Originum est in manibus; omnia antiquitatis monumenta colligo; causarum illustrium, quascunque defendi, nunc cum maxime conficio orationes; ius augurium, pontificium, civile tracto; multum etiam Graecis litteris utor, Pythagoreorumque more exercendae memoriae gratia, quid quoque die dixerim, audierim, egerim, commemoro vesperi. Hae sunt exercitationes ingenii, haec curricula mentis; in his desudans atque elaborans corporis vires non magno opere desidero. Adsum amicis; venio in senatum frequens, ultroque affero res

Personen konnten einem anderen Freien ins *mancipium* gegeben werden, so jedoch, dass dieser Andere nicht Herr seiner Person, sondern nur Herr seines Erwerbes wurde.

2. *senile aliquid*, etwas von der Besonnenheit des höheren Alters.

3. *quod qui sequitur*, „wer diesem Grundsatze sich anschliesst, wer danach lebt", d. i. wer als Greis Jugendlichkeit zu bewahren strebt.

4. *septimus – liber Originum. Origines* ist der Titel eines geschichtlichen Werkes, welches mit der Gründung der Stadt Rom beginnt und bis auf die letzten Lebensjahre des Cato fortgeführt ist. Das siebente ist das letzte Buch. Den Inhalt der einzelnen Bücher gieht Cornel. Nep. Cato c. 3 an: *Primus continet res gestas regum populi Romani, secundus et tertius, unde quaeque civitas orta sit Italica; ob quam rem omnes Origines videtur appellasse. In quarto autem bellum Poenicum est primum, in quinto secundum. Atque haec omnia capitulatim sunt dicta. Reliqua bella pari modo persecutus est usque ad praeturam Servii Galbae, qui diripuit Lusitanos .... In quibus multa industria et diligentia comparet, nulla doctrina.* Es war das erste römische Geschichtswerk in Rom. Q. Fabius Pictor und L. Cincius Alimentus, wenige Jahrzehnte vor ihm, hatten ihre Annalen in griechischer Sprache geschrieben. Ueber Ennius s. zu c. 1, § 1.

est in manibus, „ich arbeite darüber". Anders c. 4, § 12.

omnia – colligo, für das vorhererwähnte Buch.

5. *quascunque defendi*, „in welchen ich als Vertheidiger aufgetreten bin". Vgl. Cicero de oratore I, 2, 5 *causas dicere*.

6. *nunc cum maxime*, „gerade jetzt".

orationes. Cicero kannte deren mehr als 150.

ius augurium, s. c. 4, § 12. *ius pontificium* (so auch bei *Cato*, nicht *pontificum*), das Recht der Pontifices, denen die Oberaufsicht über die kirchliche Verfassung übertragen war.

7. *Graecis litteris utor*, „ich beschäftige mich mit griech. Litteratur".

8. *quid quoque die dixerim – commemoro vesp.* So heisst es in den dem Stifter der Schule untergeschobenen χρυσᾶ ἔπη v. 40–42:

μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι,
πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν·
πῇ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;

11. *adsum amicis*, mit Rath und Beistand vor Gericht.

multum et diu cogitatas, easque tueor animi, non corporis viribus. Quae si exequi nequirem, tamen me lectulus meus oblectaret ea ipsa cogitantem, quae iam agerem. Semper enim in his studiis laboribusque viventi non intellegitur, quando obrepat senectus; ita sensim sine sensu aetas senescit, nec subito frangitur, sed diuturnitate extinguitur.

12 **39.** Sequitur tertia vituperatio senectutis, quod eam carere dicunt voluptatibus. O praeclarum munus aetatis, si quidem id aufert a nobis, quod est in adulescentia vitiosissimum! Accipite enim, optimi adulescentes, veterem orationem Archytae Tarentini, magni in primis et praeclari viri, quae mihi tradita est, cum essem adulescens Tarenti cum Q. Maximo. Nullam capitaliorem pestem quam voluptatem corporis hominibus dicebat a natura datam, cuius voluptatis avidae libidines temere et effrenate ad potiundum incitarentur. **40.** Hinc patriae proditiones, hinc rerum publicarum eversiones, hinc cum hostibus clandestina colloquia nasci; nullum denique scelus, nullum malum facinus esse, ad quod suscipiendum non libido voluptatis impelleret; stupra vero et adulteria et omne tale flagitium nullis excitari aliis illecebris nisi voluptatis. Cumque homini sive natura sive quis deus nihil mente praestabilius dedisset, huic divino muneri ac dono nihil tam esse inimicum quam voluptatem. **41.** Nec enim

3. *cogitantem*, Gegensatz zu *agere*.

quae iam agerem. Sinn: Wenn der Greis nichts dergleichen ausführen kann, so beschäftigt ihn doch genussreich das blosse Entwerfen von Plänen, die er immer noch einst zu verwirklichen hofft (*quae iam agerem*): derselbe Zug, der in der Charakteristik des Greises Horat. epist. ars poet. 172 *dilator spe longus, iners, avidusque futuri* durch „*spe longus*" ausgedrückt ist.

5. *sensim sine sensu aetas senescit*. Die Allitteration (*ssssss*) entspricht schön dem allmählichen, sanften Hinschwinden des Greises.

§ 39. Dritter Haupttheil. Das Greisenalter bietet keine Vergnügungen und Genüsse. Erwiderung: Wenn es uns von der Knechtschaft der Sinnlichkeit befreit, desto besser!

10. *Archytae Tarentini*. Archytas von Tarent in Unteritalien, ein Zeitgenosse des Plato, Philosoph aus der Schule des Pythagoras (um 400 v. Chr.). Vgl. Hor. carm. I, 28.

11. *quae mihi tradita est*, s. § 41.

12. *cum essem adulescens Tarenti cum Q. Maximo*, s. c. 4, § 10.

14. *cuius voluptatis* ist abhängig von *avidae*, was zu *libidines* gehört. — *ad potiundum;* als Object ist *voluptate* aus *voluptatis* zu ergänzen.

16. *cum host. clandestina colloquia*. Die im Ganzen ungewöhnliche Verbindung von Substantiven unter einander durch die blosse Präposition ist bei Verbalsubstantiven (wie hier *colloquium*) weniger hart. *Clandestina colloquia*, heimliches Zwiegespräch, d. i. verrätherische Unterhandlungen, verrätherisches Einverständniss.

18. *libido voluptatis*. *Libido*, die Lust (*libet*), das blinde Verlangen

libidine dominante temperantiae locum esse, neque omnino in voluptatis regno virtutem posse consistere. Quod quo magis intellegi posset, fingere animo iubebat tanta incitatum aliquem voluptate corporis, quanta percipi posset maxima. Nemini censebat fore dubium, quin tamdiu, dum ita gauderet, nihil agitare mente, nihil ratione, nihil cogitatione consequi posset. Quocirca nihil esse tam detestabile tamque pestiferum quam voluptatem, si quidem ea, cum maior esset atque longinquior, omne animi lumen extingueret. Haec cum C. Pontio Samnite, patre eius, a quo Caudino proelio Sp. Postumius, T. Veturius consules superati sunt, locutum Archytam, Nearchus Tarentinus, hospes noster, qui in amicitia populi Romani permanserat, se a maioribus natu accepisse dicebat, cum quidem ei sermoni interfuisset Plato Atheniensis; quem Tarentum venisse L. Camillo, Appio Claudio consulibus reperio. **42.** Quorsus hoc? ut intellegeretis, si voluptatem aspernari ratione et sapientia non possemus, magnam habendam esse senectuti gratiam, quae efficeret, ut id non liberet, quod non oporteret. Impedit enim consilium voluptas, rationi inimica est, mentis, ut ita dicam, praestringit oculos, nec habet

im Gegensatze zum vernünftigen Willen, *voluntas*. *Voluptas* steht im Verlaufe der Rede bald im weiteren Sinne „Vergnügen, Genuss“ (namentlich § 46), bald im engeren „Wollust.“

5. *dum = quamdiu, quam.*

nihil agitare mente. Vgl. c. 7, § 23: *studiorum agitatio.*

9. *eius*, d. i. des C. Pontius, welcher ... Der Sohn hiess wie der Vater, hatte aber den Beinamen Telesinus.

10. *Caudino proelio.* Caudium, eine Stadt der Samniter zwischen Calatia und Beneventum. Die Schlacht fand in den Engpässen bei dieser Stadt während des zweiten samnitischen Krieges 321 v. Chr. statt.

superati sunt. Die in den Engpässen eingeschlossenen Consuln mussten einen schimpflichen Frieden eingehen.

11. *Nearchus Tarentinus*, ein Pythagoreer, den Cato auf seinem Zuge nach Tarent (209) kennen lernte und dessen auf Enthaltsamkeit und Sittenstrenge hinweisende Lehren er mit Eifer anhörte. S. Plut. Cato c. 2.

12. *qui – permanserat*, während Tarent in den Händen der Carthaginienser gewesen war.

13. *cum quidem* schliesst sich an das *locutum Archytam*, nicht an das *se a maioribus natu accepisse dicebat* an; Archytas habe diese Unterhaltung in Gegenwart des Plato geführt. Der Hauptsatz ist *Nearchus dicebat se accepisse ...*, von diesem abhängig *Archytam haec locutum, cum quidem – interfuisset Plato.* Ueber *quidem* s. c. 4, § 10.

14. *quem Tarentum venisse L. Camillo, App. Claudio consulibus reperio.* Nach dieser Angabe fiel die erwähnte Unterhaltung in das Jahr 349, also ein Jahr vor Plato's Tode, was sehr unwahrscheinlich ist. Plato's dritte Reise nach Sicilien, wenn sie überhaupt stattgefunden hat, fällt etwa 361. Von einem noch spätern Aufenthalte in Sicilien oder Unteritalien findet sich sonst nirgends eine Spur.

ullum cum virtute commercium. Invitus feci, ut fortissimi viri T. Flaminini fratrem L. Flamininum e senatu eicerem, septem annis post quam consul fuisset; sed notandam putavi libidinem. Ille enim, cum esset consul, in Gallia exoratus in convivio a scorto est, ut securi feriret aliquem eorum, qui in vinculis essent damnati rei capitalis. Hic Tito, fratre suo, censore, qui proximus ante me fuerat, elapsus est, mihi vero et Flacco neutiquam probari potuit tam flagitiosa et tam perdita libido, quae cum probro privato coniungeret imperii dedecus.

13 **43.** Saepe audivi ex maioribus natu, qui se porro pueros a senibus audisse dicebant, mirari solitum C. Fabricium, quod, cum apud regem Pyrrhum legatus esset, audisset a Thessalo Cinea, esse quendam Athenis, qui se sapientem profiteretur, eumque dicere, omnia, quae faceremus, ad voluptatem esse referenda. Quod ex eo audientes M'. Curium et Ti. Coruncanium optare solitos, ut id Samnitibus ipsique Pyrrho persuaderetur, quo facilius vinci possent, cum se voluptatibus dedissent. Vixerat M'. Curius cum P. Decio, qui quinquennio ante eum consulem se

2. *T. Flaminini*, s. c. 1, § 1.

e senatu eicerem, als Cato Censor war im J. 184.

septem annis post quam consul fuisset. L. Flamininus war im J. 192 Consul gewesen; es ist also hier ein Versehen in der Berechnung.

3. *notandam. Notare* der feststehende Ausdruck für die Rügen und Strafen des Censors.

4. *ille enim – rei capitalis.* Anders erzählt Livius XXXIX, 42 den Vorfall. Nach ihm sagt Cato in der Rede, mit welcher er die Rüge begleitete, L. Flamininus habe nicht einen zum Tode Verurtheilten, sondern einen edlen Boier (*nobilem Boium cum liberis transfugam venisse; convenire consulem velle, ut ab eo fidem praesens acciperet*) und zwar mit eigner Hand getödtet. Plutarch Cato c. 17 nennt dies Uebertreibung und beruft sich dabei auf das Zeugniss Cicero's an unserer Stelle.

in Gallia. Nach seinem Consulate war ihm die Verwaltung dieser Provinz zugefallen.

6. *Tito, fratre suo, censore:* 189.

7. *elapsus est*, er entging der Strafe.

Flacco. Valerius Flaccus, der Amtsgenosse des Cato in der Censur, wie früher im Consulat 195.

9. *imperii dedecus*, weil er im Namen des römischen Senats und Volkes die Provinz verwaltete.

10. *porro*, rückwärts gerechnet; es wird nicht nur von der Zukunft, sondern auch, wenngleich seltener, von der Vergangenheit gebraucht.

11. *C. Fabricium*, s. c. 6, § 15.

12. *a Thessalo Cinea.* Cineas ein Schüler des Demosthenes und selbst Redner, bei Pyrrhus in Ansehn und von ihm zu einer Gesandtschaft nach Rom benutzt.

13. *esse quendam Athenis.* Epikur, Stifter der nach ihm genannten Schule, geb. 342, † 270 v. Chr.

15. *M'. Curium et Ti. Coruncanium*, s. c. 6, § 15.

18. *cum P. Decio.* P. Decius Mus, Sohn des gleichnamigen Vaters. Er entschied im J. 295 den Sieg über die Gallier und Samniter in der Schlacht bei Sentinum zu Gunsten der Römer, indem er sich, wie sein

pro re publica quarto consulatu devoverat; norat eundem Fabricius, norat Coruncanius; qui cum ex sua vita, tum ex eius, quem dico, Decii facto iudicabant, esse profecto aliquid natura pulchrum atque praeclarum, quod sua sponte peteretur, quodque spreta et contempta voluptate optimus quisque sequeretur. **44.** Quorsum igitur tam multa de voluptate? Quia non modo vituperatio nulla, sed etiam summa laus senectutis est, quod ea voluptates nullas magno opere desiderat. Caret epulis exstructisque mensis et frequentibus poculis. Caret ergo etiam vinulentia et cruditate et insomniis. Sed si aliquid dandum est voluptati, quoniam eius blanditiis non facile obsistimus — divine enim Plato escam malorum appellat voluptatem, quod ea videlicet homines capiantur, ut pisces —, quamquam immoderatis epulis caret senectus, modicis tamen conviviis delectari potest. C. Duellium, Marci filium, qui Poenos classe primus devicerat, redeuntem a cena senem saepe videbam puer; delectabatur crebro funali et tibicine, quae sibi nullo exemplo privatus sumpserat; tantum licentiae dabat gloria. **45.** Sed quid ego alios? ad me ipsum iam revertar. Primum habui semper sodales. Sodalitates autem me quaestore constitutae sunt sacris Idaeis Magnae Matris acceptis. Epulabar igitur

Vater in der Schlacht bei Veseris (340 v. Chr.) gethan hatte, dem Tode weihte. Liv. X, 28: *qua confertissimam cernebat Gallorum aciem, concitat equum; inferensque se ipsis infestis telis interfectus est.*

6. *vituperatio*, „Gegenstand des Tadels".

8. *caret — exstructis mensis*, „volle, reichbesetzte Tische". Vollständiger Cic. Tuscul. V, 21, 62: *mensae conquisitissimis epulis exstruebantur.*

10. *si aliquid dandum est voluptati*, wenn wir wirklich (so übersetzen wir das *aliquid* hinter *si*) dem Sinnengenusse etwas einräumen müssen, d. i. wenn wir uns ihm nicht ganz entziehen dürfen.

11. *Plato escam malorum appellat voluptatem*, im Timäus p. 69. D: *ἡδονὴν μέγιστον κακοῦ δέλεαρ.*

14. *qui Poenos classe primus devicerat*, 260 v. Chr. bei Mylä an der Ostküste von Sicilien.

16. *crebro funali et tibicine*, zahlreiche Fackeln und Musikanten, von denen er sich Abends vom Schmause nach Hause begleiten liess.

17. *nullo exemplo*, „ohne dass es vorher Jemand gethan".

19. *sodalitates*, „Brüderschaften". Gesellschaften von Priestern einzelner Gottheiten gab es schon früher, z. B. *sodales Titii*, welche vor Numa zur Erhaltung der sabinischen *sacra* eingesetzt waren. Wenn es also hier heisst: *sodalitates me quaestore* (also 204 v. Chr.) *constitutae sunt*, so ist vornehmlich von dem Gebrauche die Rede, die Feste der Götter durch ein gemeinschaftliches Mahl zu feiern, welcher wahrscheinlich erst mit Einführung der hier genannten *sacra* in den religiösen Genossenschaften gewöhnlich wurde.

20. *sacris Idaeis Magnae Matris acceptis. Magna Mater Deorum* ist die Göttin Cybele (von dem griechischen Namen *Μεγάλη* heissen die ihr zu Ehren gefeierten Feste

cum sodalibus, omnino modice, sed erat quidam fervor aetatis; qua progrediente omnia fiunt in dies mitiora. Neque enim ipsorum conviviorum delectationem voluptatibus corporis magis, quam coetu amicorum et sermonibus metiebar. Bene enim maiores accubitionem epularem amicorum, quia vitae coniunctionem haberet, convivium nominarunt, melius quam Graeci, qui hoc idem tum compotationem, tum concenationem vocant, ut, quod in eo genere minimum est, id maxime probare videantur.

14 46. Ego vero propter sermonis delectationem tempestivis quoque conviviis delector, nec cum aequalibus solum, qui pauci admodum restant, sed cum vestra etiam aetate atque vobiscum; habeoque senectuti magnam gratiam, quae mihi sermonis aviditatem auxit, potionis et cibi sustulit. Quod si quem etiam ista delectant (ne omnino bellum indixisse videar voluptati, cuius est fortasse quidam naturalis modus), non intellego, ne in istis quidem ipsis voluptatibus, carere sensu senectutem. Me vero et magisteria delectant a maioribus instituta et is sermo, qui more maiorum a summo adhibetur in poculo, et pocula, sicut in Sym-

Megalesia oder *Megalensia*). *Idaea sacra* vom Berge Ida in Phrygien, von wo der Ursprung der Verehrung stammt. — Auf Veranlassung eines Spruches der sibyllinischen Bücher wurde, um das Unglück des Krieges von den Römern abzuwenden, der Stein, welcher als *Mater Idaea* verehrt wurde, von Pessinus in Phrygien in feierlichem Zuge nach Rom geholt. S. Liv. XXIX, 14.

1. *fervor aetatis*, „des Alters"; welches Lebensalter gemeint sei, zeigt der Zusammenhang (*fervor aetatis; qua progrediente....*).

7. *compotationem*, συμπόσιον. *concenationem*, σύνδειπνον. *quod in eo genere* („hierbei") *minimum est*, nämlich Essen und Trinken.

9. *tempestiva convivia* sind Gastmähler, welche vor der gewöhnlichen Zeit (etwa 3 Uhr Nachmittags) beginnen (*cenare de die*) oder über die gewöhnliche Zeit bis tief in die Nacht, ja bis zum Morgen verlängert werden (*cenare in lucem*), oder bei welchen Beides der Fall ist.

10. *qui pauci admodum restant*, wir sagen minder genau: „deren wenige übrig sind".

12. *quae — auxit — sustulit.* Nach Plato's Staat I, p. 328 D: *εὖ ἴσθι, ὅτι ἔμοιγε, ὅσον αἱ κατὰ τὸ σῶμα ἡδοναὶ ἀπομαραίνονται, τοσοῦτον αὔξονται αἱ περὶ τοὺς λόγους ἐπιθυμίαι τε καὶ ἡδοναί.*

14. *voluptati*, nicht „Wollust", sondern: „Sinnengenuss".

cuius est fortasse q. nat. modus, „von dem vielleicht die Natur ein gewisses Maass gestattet", d. i. den man sich nach dem Willen der Natur nicht versagen darf.

16. *vero*, affirmativ.

17. *magisteria. Magister* oder *rex convivii* hiess der Präsident, welcher die Gesetze des Trinkens vorschrieb. Seine Wahl geschah gewöhnlich durch die Würfel.

18. *a summo*, „von oben an". Das Triclinium bestand aus drei hufeisenförmig aufgestellten Sophas (*lecti*), die von links nach rechts gerechnet *summus*, *medius*, *imus* hiessen, jedes Sopha zu 3 Plätzen, ebenfalls *summus*, *medius*, *imus* genannt. An unserer Stelle ist der

posio Xenophontis est, minuta atque rorantia, et refrigeratio aestate et vicissim aut sol aut ignis hibernus. Quae quidem etiam in Sabinis persequi soleo, conviviumque vicinorum cotidie compleo, quod ad multam noctem quam maxime possumus vario sermone producimus. **47.** At non est voluptatum tanta quasi titillatio in senibus. Credo; sed ne desideratio quidem. Nihil autem est molestum, quod non desideres. Bene Sophocles, cum ex eo quidam iam affecto aetate quaereret, utereturne rebus venereis: ‚Dii meliora! inquit; ego vero libenter istinc sicut a domino agresti ac furioso profugi'. Cupidis enim rerum talium odiosum fortasse et molestum est carere; satiatis vero et expletis iucundius est carere quam frui. Quamquam non caret is, qui non desiderat; ergo hoc non desiderare dico esse iucundius. **48.** Quod si istis ipsis voluptatibus bona aetas fruitur libentius,

summus der äusserste Platz auf dem *lectus summus*, der zwar nicht der erste, aber der Eck- und Endplatz des ganzen Triclinium's ist, von welchem aus der Rundgesang begann. Der Ehrenplatz der ganzen Tafel war der *imus* auf dem *lectus medius*.

in poculo, wir „beim Glase".

pocula — rorantia, wörtlich „thautränfelnde", d. i. nicht „schäumende Becher", sondern „tropfenweise getrunkene Becher", im Gegensatze zu dem in vollen Zügen getrunkenen Weine.

sicut in Symposio Xenophontis est. II, 26: *Οὕτω δὲ καὶ ἡμεῖς ἦν μὲν ἀθρόον τὸ ποτὸν ἐγχεώμεθα* (dies ist der Gegensatz zu den *pocula rorantia*), *ταχὺ ἡμῖν καὶ τὰ σώματα καὶ αἱ γνῶμαι σφαλοῦνται κ. τ. λ.*, *ἢν δὲ ἡμῖν οἱ παῖδες μικραῖς κύλιξι* (unsere *minuta pocula*) *πυκνὰ ἐπιψεκάζωσιν* (hier *rorantia poc.*), *οὕτως οὐ βιαζόμενοι ὑπὸ τοῦ οἴνου μεθύειν, ἀλλ' ἀναπειθόμενοι, πρὸς τὸ παιγνιωδέστερον ἀφιξόμεθα.* — Die Titel der griechischen Schriften werden wo möglich latinisirt, nicht übersetzt. So hier *Symposium* und c. 17, § 59 *Oeconomicus*.

3. *in Sabinis*, auf meinem sabinischen Landgute.

convivium — compleo: ich mache den Tisch vollzählig, indem ich meine Nachbarn vom Lande einlade; *complere* mit dem Genetiv anstatt des gewöhnlicheren Ablativs.

5. *at non* . . . Einwand der Gegner des Greisenalters.

6. *desideratio*, nur der Concinnität wegen (da *titillatio* vorhergeht), anstatt *desiderium*.

nihil autem est molestum, nämlich zu entbehren.

7. *Sophocles*, s. c. 7, § 22.

8. *affecto aetate*, als er altersschwach war.

9. *dii meliora (duint)* Gott verhüte es! Bei Plato: *εὐφημεῖ.*

a domino agresti. Agrestis (*ἄγριος*) ist, wer auf dem freien Felde aufwächst, wild, roh, zu unterscheiden von *rusticus* (Dörper bei Nithart, woraus Tölpel), der auf dem Lande, in ländlichen Verhältnissen lebt und der feinern Bildung der Stadt (*urbanus*) entbehrt. Vgl. zu c. 20, § 75. Die Stelle ist fast wörtlich nach Plato's Staat I. p. 329 C: *ἀσμενέστατα* (*libenter*) *μέντοι αὐτὸ* (bei Cicero *istinc*) *ἀπέφυγον, ὥσπερ λυττῶντά τινα καὶ ἄγριον δεσπότην ἀποφυγών.*

12. *quamquam non caret* . . . Vgl. c. 1, § 1.

14. *bona aetas*, die Jugend.

primum parvulis fruitur rebus, ut diximus, deinde eis, quibus senectus, etiam si non abunde potitur, non omnino caret. Ut Turpione Ambivio magis delectatur, qui in prima cavea spectat, delectatur tamen etiam, qui in ultima, sic adulescentia voluptates propter intuens magis fortasse laetatur, sed delectatur etiam senectus procul eas spectans tantum, quantum sat est. **49.** At illa quanti sunt, animum, tanquam emeritis stipendiis libidinis, ambitionis, contentionum, inimicitiarum, cupiditatum omnium, secum esse secumque, ut dicitur, vivere! Si vero habet aliquod tamquam pabulum studii atque doctrinae, nihil est otiosa senectute iucundius. Videbamus in studio dimetiendi paene caeli atque terrae C. Gallum, familiarem patris tui, Scipio. Quotiens illum lux noctu aliquid describere ingressum, quotiens nox oppressit, cum mane coepisset! Quam delectabat eum, defectiones solis et lunae multo ante nobis praedicere! **50.** Quid in levioribus studiis, sed

2. *Turpione Ambivio.* L. Ambivius Turpio, ein berühmter Schauspieler und Theaterdirector (*dominus gregis*), zur Zeit des Cato von Terenz zur Aufführung seiner Komödien häufig benutzt.

3. *magis delectatur, qui — spectat*, weil er besser im Stande ist, die einzelnen Bewegungen der Schauspieler zu beobachten.

in prima cavea. Cavea, der den Zuschauern angewiesene Raum im Theater. *Prima cavea* ist die erste, der Bühne zunächst gelegene Sitzreihe.

5. *prop(ĭ)ter*, Adv., Gegensatz von *procul*. — *tantum quantum sat est* gehört zu *delectatur*.

§ 49. Das Leben im Geiste, wissenschaftliche und künstlerische Beschäftigungen bieten reinere Genüsse, als die Sinne sie zu gewähren im Stande sind.

6. *illa* bezieht sich auf das folgende *animum secum esse secumque vivere*.

quanti sunt, Genetiv der Werthbestimmung bei *esse*.

7. *stipendiis*, die Kriegsdienste, hier übertragen auf die *libido, ambitio* u. ff., unter deren Commando wir in der Jugend stehen.

9. *ut dicitur*, wie *ut aiunt*, um den sprüchwörtlichen Gebrauch anzuzeigen.

10. *otiosa*, nicht „müssig", sondern „frei von Staatsgeschäften". Vgl. de offic. III, 1 den Ausspruch des Scipio Africanus maior: *numquam se minus otiosum esse, quam cum otiosus, nec minus solum, quam cum solus esset.*

11. *paene* gehört zu *caeli atque terrae*.

C. Gallum. C. Sulpicius Gallus wegen seiner ausgezeichneten Kenntniss der griechischen Litteratur und der Astronomie berühmt. Als *tribunus militum* unter Aemilius Paullus gegen Perseus kämpfend, machte er sich dadurch verdient, dass er durch das Vorhersagen einer Mondfinsterniss die Soldaten von der Furcht wegen böser Vorbedeutungen befreite. Liv. XLIV, 37.

12. *aliquid describere*, von Erd- und Himmelskarten zu verstehen.

14. *multo ante*, als sie eintraten. Vgl. c. 6, § 18: *Carthagini male iam diu cogitanti bellum multo ante denuntio.*

15. *in levioribus studiis*, hier auf die Poesie, sonst auch auf Malerei, Bildhauerkunst, überhaupt auf alle

tamen acutis? Quam gaudebat bello suo Punico Naevius! quam Truculento Plautus! quam Pseudulo! Vidi etiam senem Livium; qui cum sex annis ante, quam ego natus sum, fabulam docuisset Centone Tuditanoque consulibus, usque ad adulescentiam meam processit aetate. Quid de P. Licinii Crassi et pontificii et civilis iuris studio loquar? aut de huius P. Scipionis, qui his paucis diebus pontifex maximus factus est? Atqui eos omnes, quos commemoravi, his studiis flagrantes senes vidimus. M. vero Cethegum, quem recte Suadae medullam dixit Ennius, quanto studio exerceri in dicendo videbamus etiam senem! Quae sunt igi-

Beschäftigungen, die nicht im unmittelbaren Dienste des Staates stehen, zu beziehen.

sed tamen acutis, die aber doch Schärfe des Geistes verlangen.

1. *quam gaudebat bello suo Punico Naevius!* Das *bellum Punicum* ist ein episches Gedicht über den ersten punischen Krieg, der erste Versuch, einen aus der römischen Geschichte entlehnten Stoff zu behandeln. Ueber Nävius s. c. 6, § 20.

quam Truculento Plautus! Truculentus (Griesgram), der Titel einer uns noch erhaltenen Komödie von Plautus. T. Maccius Plautus, der begabteste Lustspieldichter der Römer, von dessen etwa 130 Komödien uns noch 20 übrig sind. Er war in dem umbrischen Flecken Sarsina geboren, ein älterer Zeitgenosse des Ennius, und starb um 184 v. Chr.

2. *quam Pseudulo! Pseudulus*, eine uns ebenfalls noch erhaltene Komödie des Plautus.

senem Livium. Livius Andronicus, der Erste, welcher ein Schauspiel zu Rom auf die Bühne brachte. Er war ein geborner Grieche aus Tarent, kam als Gefangener nach Rom, unterrichtete dort die Kinder eines vornehmen Römers, Livius Salinator, und erhielt von diesem Namen und Freiheit. Seine lateinische Odyssee hat sich bei den Römern lange Zeit als Schulbuch erhalten.

3. *sex annis ante* sqq., also 240 v. Chr., unter dem Consulate des C. Claudius Cento, des Sohnes von Appius Claudius Cäcus, und M. Sempronius Tuditanus.

fabulam docere, ein Stück den Schauspielern einstudiren (*διδάσκειν*) und auf die Bühne bringen, d. i. aufführen.

5. *quid de P. Licinii Crassi — loquar?* S. c. 9, § 27.

6. *de huius P. Scipionis*, des jetztlebenden Se. Es ist P. Cornelius Scipio, genannt Corculum = Sapiens. Vgl. c. 5, § 14: *hi consules.*

his paucis diebus, vor wenigen Tagen von heute an gerechnet, wie immer *hic* bei Zeitbestimmungen.

8. *M. vero Cethegum.* Vgl. c. 4, § 10. Ueber ihn Cic. Brutus c. 15, § 57: *Quem vero exstet, et de quo sit memoriae proditum, eloquentem fuisse et ita esse habitum, primus est M. Cornelius Cethegus, cuius eloquentiae est auctor et idoneus mea quidem sententia Ennius.*

9. *Suadae med.* Suada die Göttin der Beredtsamkeit, *Πειθώ.*

Ennius. Vgl. c. 1, § 1. Die Worte des Ennius über Cethegus sind im Brutus c. 15, §§ 57—59 enthalten:

is dictust ollis popularibus olim,
qui tum vivebant homines atque aevum agitabant,
flos delibatus populi Suadaeque medulla.

tur epularum aut ludorum aut scortorum voluptates cum his voluptatibus comparandae? Atque haec quidem studia doctrinae; quae quidem prudentibus et bene institutis pariter cum aetate crescunt, ut honestum illud Solonis sit, quod ait versiculo quodam, ut ante dixi, senescere se multa in dies addiscentem; qua voluptate animi nulla certe potest esse maior.

51. Venio nunc ad voluptates agricolarum, quibus ego incredibiliter delector; quae nec ulla impediuntur senectute et mihi ad sapientis vitam proxime videntur accedere. Habent enim rationem cum terra, quae numquam recusat imperium, nec umquam sine usura reddit, quod accepit, sed alias minore, plerumque maiore cum faenore. Quamquam me quidem non fructus modo, sed etiam ipsius terrae vis ac natura delectat. Quae cum gremio mollito ac subacto sparsum semen excepit, primum id occaecatum cohibet, ex quo occatio, quae hoc efficit, nominata est; deinde tepefactum vapore et compressu suo diffundit, et elicit herbescentem ex eo viriditatem; quae nixa fibris stirpium sensim adulescit, culmoque erecta geniculato vaginis iam quasi pubescens includitur; e quibus cum emersit, fundit frugem spici ordine structam, et contra avium minorum morsus munitur vallo arista-

2. *comparandae*. Das Gerundivum in der Bedeutung „können" nur in negativen Sätzen; hier, weil in dem Fragesatze die Negation enthalten ist (vgl. c. 18, 64: *quae sunt igitur voluptates corporis cum auctoritatis praemiis comparandae*); sonst in der Bedeutung „müssen, sollen".

atque haec quidem studia doctrinae. Hiermit geht er von den wissenschaftlichen und künstlerischen Studien zu andern Beschäftigungen, dem Ackerbau, Weinbau, u. s. w. über, die, wie er sagt, dem Greise nicht minder reinen Genuss zuführen.

4. *illud Solonis*, „jener Ausspruch des Solon", s. c. 8, § 26.

7. *quibus ego — delector*. Cato hatte selbst ein Buch *de re rustica* geschrieben. S. die Einleitung und zu § 54.

8. *nec — et*, s. zu § 53.

9. *habent enim rationem cum terra*, das Verhältniss des *creditor* (*agricola*) zum *debitor* (*terra*), wie sich aus den folgenden Worten *nec umquam sine usura reddit, quod accepit* ergiebt.

11. *plerumque* entspricht dem vorhergehenden *alias*.

12. *quamquam me quidem — delectat*. Vgl. c. 1, § 1.

14. *occaecatum*, unsichtbar gemacht.

15. *ex quo occatio — nominata est*. Falsche Etymologie. *Occatio* kommt von *occare* eggen her, was gar nichts mit *caecus*, wovon *occaecatus*, gemein hat.

17. *quae nixa fibris — adulescit*. *Quae* nicht wie das vorhergehende *quae cum gremio* sqq. auf *terra* zu beziehen, sondern auf *viriditas*: das aus dem Samenkorn aufspriessende Grün wächst, durch Wurzelfäden in der Erde festgehalten, allmählich heran.

19. *spici ordine structam*, „aufgebaut in der Ordnung der Aehre", d. i. in regelmässiger Aehrenform

rum. **52.** Quid ego vitium ortus, satus, incrementa commemorem? Satiari delectatione non possum, ut meae senectutis requiem oblectamentumque noscatis. Omitto enim vim ipsam omnium, quae generantur e terra, quae ex fici tantulo grano aut ex acini vinaceo aut ex ceterarum frugum ac stirpium minutissimis seminibus tantos truncos ramosque procreet; malleoli, plantae, sarmenta, viviradices, propagines, nonne ea efficiunt, ut quemvis cum admiratione delectent? Vitis quidem, quae natura caduca est, et, nisi fulta est, ad terram fertur, eadem, ut se erigat, claviculis suis quasi manibus, quidquid est nacta, complectitur; quam serpentem multiplici lapsu et erratico ferro amputans coercet ars agricolarum, ne silvescat sarmentis et in omnes partes nimia fundatur. **53.** Itaque ineunte vere in eis, quae relicta sunt, existit tanquam ad articulos sarmentorum ea, quae gemma dicitur; a qua oriens uva sese ostendit, quae et succo terrae et

aufgereiht.

2. *ut meae senectutis requiem — noscatis*, nicht abhängig von *satiari non possum*, sondern von einem hinzuzudenkenden Satze: „das sage ich euch", eine Ellipse, die auch unserer Sprache nicht fremd ist. „Nicht genug kann ich mich darüber freuen, ( ), damit ihr wisst, worin die Erholung und der Genuss meines Alters besteht".

6. *malleoli*, beim Weinbau die Fächser. Columella III, 6: *Malleolus autem novellus est palmes, innatus prioris anni flagello, cognominatusque a similitudine rei, quod in ea parte, quae deciditur ex vetere sarmento prominens utrimque, malleoli* (Hämmerchen) *speciem praebet.*

plantae, Setzlinge. Virg. Georg. II, 23: *Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum* (vom Mutterstamme) *Deposuit sulcis.*

7. *sarmenta*, Reiser, junge Zweige, welche vom Baume geschnitten und der Erde wieder anvertraut, d. h. anderwärts gepflanzt werden; nur dadurch unterschieden von *plantae*, dass diese Ableger von dem schon herangewachsenen Baume, und nicht wie die *plantae* vom Stamme der Mutter, sondern von den Aesten oder Zweigen derselben genommen werden.

viviradices, Ableger mit der Wurzel. Columella III, 14: *Sationis autem duo sunt genera, malleoli vel viviradicis, quod utrumque ab agricolis usurpatur, et in provinciis magis malleoli. Neque enim seminariis student, nec usum habent faciendae viviradicis.*

propagines, Senker, die Art der Fortpflanzung, bei welcher der Mutterstock nicht verletzt, sondern von dem Mutterstocke aus einzelne Zweige in die Erde geleitet werden, um in ihr selbstständig Wurzel zu treiben. Drei Arten derselben giebt Columella de arboribus c. VII an. Vgl. Virg. Georg. II, 26: *Silvarumque aliae pressos propaginis arcus Exspectant.*

11. *quam* (*vit.*) *serpentem — lapsu — erratico*, „und wenn er sich hinschlängelt in regellosem Laufe".

12. *ne silvescat sarmentis*, „damit seine Reiser nicht ins Holz gehen".

14. *existit*, „tritt hervor", zu unterscheiden von *extat*. Vgl. *consistere* c. 12, § 41. c. 20, § 74.

ad articulos, die Gelenke. Vgl. § 51: *culmus geniculatus.*

ea, quae gemma dicitur, „das so-

calore solis augescens primo est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit, vestitaque pampinis nec modico tepore caret et nimios solis defendit ardores. Qua quid potest esse cum fructu laetius, tum adspectu pulchrius? Cuius quidem non utilitas me solum, ut ante dixi, sed etiam cultura et natura ipsa delectat, adminiculorum ordines, capitum iugatio, religatio et propagatio vitium, sarmentorum ea, quam dixi, aliorum amputatio, aliorum immissio. Quid ego irrigationes, quid fossiones agri repastinationesque proferam, quibus fit multo terra fecundior? **54.** Quid de utilitate loquar stercorandi? Dixi in eo libro, quem de rebus rusticis scripsi. De qua doctus Hesiodus ne verbum quidem fecit, cum de cultura agri scriberet. At Homerus, qui multis, ut mihi videtur, ante saeculis fuit, Laërtam lenientem desiderium, quod capiebat e filio, colentem agrum et eum stercorantem facit. Nec vero segetibus solum et pratis et vineis et arbustis res rusticae laetae sunt, sed hortis etiam et pomariis, tum pecudum pastu, apium examinibus, florum omnium varietate. Nec consitiones modo delectant, sed etiam insitiones, quibus nihil invenit agri cultura sollertius.

16 **55.** Possum persequi permulta oblectamenta rerum rusti-

genannte Auge". Zumpt § 372.

2. *nec — et*, einerseits nicht — andrerseits.

3. *fructu — adspectu*, sonst auch die Präposition *ad* statt des Ablativs. Vgl. c. 16, § 57: *nec usu uberius nec specie ornatius.*

6. *capitum iugatio*, die Verbindung der Pfahlköpfe durch Querlatten.

propagatio vitium, das Weiterziehen der Weinstöcke an den Latten.

7. *sarmentorum ea, quam dixi, aliorum amputatio* bezieht sich auf die Worte § 52: *quam serpentem — coercet ars agricolarum, ne silvescat sarmentis.*

aliorum immissio, das Wachsenlassen geht auf § 53: . . *in eis, quae relicta sunt, existit tamquam ad articulos sarmentorum ea, quae gemma dicitur.*

8. *repastinationes*, das Wiederumgraben mit dem *pastinum* (*ferramentum bifurcum, quo semina panguntur*).

10. *dixi in eo libro, quem de rebus rusticis scripsi.* Die auf uns wenn auch nicht ganz unverfälscht gekommene Schrift führt den Titel *de re rustica.*

11. *Hesiodus ne verbum quidem fecit, cum de cultura agri scriberet*, in seinem Lehrgedichte ἔργα καὶ ἡμέραι. Ueber Hesiod vgl. c. 7, § 23.

13. *Laërtam lenientem — stercorantem facit.* Ueber *facit* s. zu c. 1, § 3; *lenientem* wie c. 4, § 10 *dividenti*; zur Sache vgl. Homer Od. XXIV, 224:

τὸν δ' οἷον πατέρ' εὗρεν ἐϋκτιμένῃ ἐν ἀλωῇ
λιπαρέοντα φυτόν·

„wie er die Gewächse umgrub", womit wahrscheinlich das Düngen verbunden zu sein pflegte.

17. *consitiones — insitiones*, die mannigfachen Arten des Anpflanzens und des Pfropfens.

20. *possum persequi.* Zumpt

carum; sed haec ipsa, quae dixi, sentio fuisse longiora. Ignoscetis autem; nam et studio rerum rusticarum provectus sum, et senectus est natura loquacior, ne ab omnibus eam vitiis videar vindicare. Ergo in hac vita M'. Curius, cum de Samnitibus, de Sabinis, de Pyrrho triumphasset, consumpsit extremum tempus aetatis. Cuius quidem ego villam contemplans — abest enim non longe a me — admirari satis non possum vel hominis ipsius continentiam vel temporum disciplinam. Curio ad focum sedenti magnum auri pondus Samnites cum attulissent, repudiati sunt. Non enim aurum habere praeclarum sibi videri dixit, sed eis, qui haberent aurum, imperare. **56.** Poteratne tantus animus non efficere iucundam senectutem? Sed venio ad agricolas, ne a me ipso recedam. In agris erant tum senatores, id est senes; siquidem aranti L. Quinctio Cincinnato nuntiatum est, eum dictatorem esse factum; cuius dictatoris iussu magister equitum C. Servilius Ahala Sp. Maelium, regnum appetentem, occupatum interemit. A villa in senatum arcessebatur et Curius et ceteri senes; ex quo, qui eos arcessebant, viatores nominati sunt. Num igitur

§ 520.

2. *provectus sum*, „ich bin fortgeführt, fortgerissen worden". Vgl. c. 9, § 28.

3. *ne ab omnibus eam vitiis videar vindicare*. Vgl. zu *ut meae senectutis — noscatis* § 52. — *Vitiis videar vindicare*, Alliteration. Vgl. c. 11, § 38.

4. *M.' Curius*, s. c. 6, § 15.

6. *cuius quidem*, s. zu c. 4, § 10.

8. *disciplinam*, das (richtige) Verhältniss der Unterordnung des Lernenden (*discipulus*) unter den Lehrer, des Zöglings unter den Erzieher, daher „Zucht", wie bei uns in der Bedeutung „gute Zucht".

ad focum sedenti. Bei Plutarch Cato c. 2 wird noch hinzugefügt, dass er Rüben gekocht habe.

11. *poteratne — non efficere. Non potest non = necesse est*, „musste nicht eine so erhabene Denkungsart das Alter erfreulich machen?"

14. *L. Quinctius Cincinnatus*, zum Dictator gewählt, um dem von den Aequern hart bedrängten Consul L. Minucius Augurinus 458 Hülfe zu bringen, befreit das umzingelte Heer, entsetzt ihn aber seiner Würde. S. Liv. III, 26—29.

15. *C. Servilius Ahala* . . . Das hier erzählte Ereigniss fällt später, 439, als L. Quinctius Cincinnatus zum zweiten Male Dictator war.

16. *Sp. Maelium*. Zur Zeit einer Hungersnoth (440) hatte Sp. Maelius, von welchem viel Getreide aufgekauft worden war, durch unentgeltliche Vertheilung desselben einen grossen Anhang sich verschafft. Als er vor Cincinnatus zur Rechtfertigung geladen nicht erschien, wurde er vom Magister Equitum Ahala getödtet. Liv. IV, 13—16.

regnum, die Königswürde.

occupatum interemit. „Er kam ihm zuvor und tödtete ihn".

18. *viatores*, „Landboten", gewisse Amtsdiener der Magistratspersonen, so genannt, wie C. meint, von dem Wege (*via*), den sie bei ihren Bestellungen zurückzulegen hatten.

horum senectus miserabilis fuit, qui se agri cultione oblectabant? Mea quidem sententia haud scio, an nulla beatior possit esse; neque solum officio, quod hominum generi universo cultura agrorum est salutaris, sed et delectatione, quam dixi, et saturitate copiaque rerum omnium, quae ad victum hominum, ad cultum etiam deorum pertinent, ut, quoniam haec quidam desiderant, in gratiam iam cum voluptate redeamus. Semper enim boni assiduique domini referta cella vinaria, olearia, etiam penaria est, villaque tota locuples est; abundat porco, haedo, agno, gallina, lacte, caseo, melle. Iam hortum ipsi agricolae succidiam alteram appellant. Conditiora facit haec supervacaneis etiam operis aucupium atque venatio. **57.** Quid de pratorum viriditate aut arborum ordinibus aut vinearum olivetorumve specie plura dicam? Brevi praecidam: agro bene culto nihil potest esse nec usu uberius nec specie ornatius; ad quem fruendum non modo non retardat, verum etiam invitat atque allectat senectus. Ubi enim potest illa aetas aut calescere vel apricatione melius vel igni, aut vicissim umbris aquisve refrigerari salubrius? **58.** Sibi habeant igitur arma, sibi equos, sibi hastas, sibi clavam et pilam, sibi natationes atque cursus; nobis senibus ex lusionibus multis talos re-

2. *haud scio, an nulla*, „ich weiss nicht, ob irgend eine (*senectus*) glückseliger sein kann". Dagegen c. 20, § 73: *Sed haud scio, an melius Ennius*, „ob nicht besser Ennius sich ausspricht". c. 20, § 74: *Moriendum enim certe est, et id incertum, an hoc ipso die*, „ob nicht noch heute".

3. *neque solum officio*, „und nicht nur in Bezug auf ihren Wirkungskreis".

4. *saturitate copiaque* „satte", d. i. „reiche Fülle".

6. *ut — redeamus*. Vgl. zu c. 15, § 52.

10. *iam hortum* sqq. *Iam* drückt den Uebergang zu etwas Neuem aus, „ferner".

succidiam alteram appellant, eine zweite Speckseite, wegen des vielseitigen Nutzens, den beide gewähren. Wie unentbehrlich die Schweinezucht, zeigt Varro de re rustica II, 4: *Quis fundum colit, quin sues habeat et qui non audierit patres nostros dicere, ignavum et sumptuosum esse, qui succidiam in carnario* (Fleischkammer) *suspenderit potius ab lanario* (Fleischer) *quam ex domestico fundo?*

11. *conditiora facit haec — venatio*. Sinn: Alle diese mit der Landwirthschaft nothwendig verbundenen Arbeiten (*haec*) erhalten noch eine Würze durch die nicht nothwendigen (*supervacaneae*), aber angenehmen Beschäftigungen (*operae*), zu welchen das Landleben einladet, Vogelfang und Jagd.

12. *arbor. ordin.* s. c. 17, § 59.

14. *usu*, „in Bezug auf den inneren Werth". *Species* dagegen der äussere Anblick. S. zu c. 15, § 53.

15. *ad quem fruendum*. Zumpt § 657.

18. *sibi habeant igitur*, nämlich die jungen Leute.

19. *clavam*. Veget. de re milit. 2, 11: *Clavas ligneas pro gladiis tironibus dabant: eoque modo exercebantur ad palos.*

20. *talos — et tesseras. Tali*

linquant et tesseras; id ipsum utcumque lubebit, quoniam sine eis beata esse senectus potest.

59. Multas ad res perutiles Xenophontis libri sunt, quos 17
legite, quaeso, studiose, ut facitis. Quam copiose ab eo agricul-
5 tura laudatur in eo libro, qui est de tuenda re familiari, qui ‚Oeconomicus' inscribitur! Atque ut intellegatis, nihil ei tam regale videri, quam studium agri colendi, Socrates in eo libro loquitur cum Critobulo, Cyrum minorem, Persarum regem, praestantem ingenio atque imperii gloria, cum Lysander Lacedaemonius, vir
10 summae virtutis, venisset ad eum Sardis eique dona a sociis attulisset, et ceteris in rebus communem erga Lysandrum atque humanum fuisse et ei quendam consaeptum agrum diligenter consitum ostendisse. Cum autem admiraretur Lysander et proceritates arborum et directos in quincuncem ordines et humum
15 subactam atque puram et suavitatem odorum, qui afflarentur e floribus, tum eum dixisse, mirari se non modo diligentiam, sed

(ἀστράγαλοι), ursprünglich aus Thierknöcheln, später aus verschiedenem Metall gefertigt, hatten nur vier ebene Flächen, zwei einander gegenüberstehende waren runden oder gerundet. *Tesserae* (κύβοι) ganz wie die bei uns gebräuchlichen Würfel.

5. *de tuenda re familiari, οἰκονομικός*, vom guten Hauswesen. Die hier berührte Stelle steht c. IV, 20—25. Cicero's Uebersetzung hält sich nicht streng an den Text.

6. *regale* „eines Fürsten würdig", zu unterscheiden von *regium*.

7. *Socrates in eo libro loquitur*. Ellipse, ähnlich der c. 15, § 52 angezeigten. Einzuschalten ist in Gedanken: so wisset, dass S . . . .

8. *Cyrum minorem*, der, ein Sohn des Darius II, mit Hülfe der Griechen (Xenophon) seine Ansprüche auf den Thron gegen seinen Bruder Artaxerxes Mnemon geltend zu machen suchte, aber in dem unglücklichen Treffen bei Kunaxa 401 seinen Tod fand.

Persarum regem, nicht König, sondern Fürst, aus königlicher Familie, wie *βασιλεύς* Xenoph. Oec. IV, 16. Vgl. Cic. Verr. IV, 27: *Reges Syriae, regis Antiochi filios pueros, scitis Romae nuper fuisse.*

9. *Lysander Lacedaemonius*, der Sieger von Aegospotamos 405.

11. *communem*, der nicht von Andern sich absondert, sondern mit ihnen in gemeinschaftlichem Verkehr lebt, daher von höher Stehenden leutselig. Vgl. *κοινός*. *Erga* wie *in* bei aequabilis. Tac. Ann. VI, 31: *aequabilis in suos.*

12. *consaeptum agrum* = *παράδεισον*.

14. *directos in quincuncem ordines*, in Gestalt der römischen V, so dass je 3 immer einer V gleichen. Im Original IV, 21: *ἐθαύμαζεν αὐτὸν ὁ Λύσανδρος, ὡς καλὰ μὲν τὰ δένδρα εἴη, δι' ἴσου δὲ τὰ πεφυτευμένα, ὀρθοὶ δὲ οἱ στίχοι τῶν δένδρων, εὐγώνια* (geradwinklig) *δὲ πάντα καλῶς εἴη.*

humum subactam atque puram. Davon steht bei Xenophon nichts.

15. *et suavitatem odorum — e floribus*. Im Original *ὡς — — ὀσμαὶ δὲ πολλαὶ καὶ ἡδεῖαι συμπαρομαρτοῖεν αὐτοῖς περιπατοῦσι.*

16. *mirari se* spp. Xenoph.: *ἀλλ' ἐγώ τοι, ὦ Κῦρε, πάντα μὲν ταῦτα θαυμάζω ἐπὶ τῷ κάλλει, πολὺ δὲ*

etiam sollertiam eius, a quo essent illa dimensa atque discripta; et Cyrum respondisse: ‚Atqui ego ista sum omnia dimensus; mei sunt ordines, mea discriptio; multae etiam istarum arborum mea manu sunt satae'. Tum Lysandrum, intuentem purpuram eius et nitorem corporis ornatumque Persicum multo auro multisque gemmis, dixisse: ‚Rite vero te, Cyre, beatum ferunt, quoniam virtuti tuae fortuna coniuncta est'. **60.** Hac igitur fortuna frui licet senibus, nec aetas impedit, quo minus et ceterarum rerum et in primis agri colendi studia teneamus usque ad ultimum tempus senectutis. M. quidem Valerium Corvinum accepimus ad centesimum annum perduxisse, cum esset acta iam aetate in agris eosque coleret; cuius inter primum et sextum consulatum

μᾶλλον ἄγαμαι τοῦ καταμετρήσαντός σοι καὶ διατάξαντος ἕκαστα ταῦτα.

1. *dimensa*, passivisch, wie *a deptam* c. 2, § 4.

discripta. Discribere = *διατάσειν*. Verschieden c. 2, § 5 *describere*.

2. *atqui*, nnn. Bei Xenophon *τοίνυν*.

4. *tum Lysandrum* sqq. Bei Xenophon ausführlicher: *καὶ ὁ Λύσανδρος ἔφη, ἀποβλέψας εἰς αὐτὸν καὶ ἰδὼν τῶν τε ἱματίων τὸ κάλλος ὧν εἶχε, καὶ τῆς ὀσμῆς αἰσθόμενος καὶ τῶν στρεπτῶν καὶ τῶν ψελλίων τὸ κάλλος, καὶ τοῦ ἄλλου κόσμου οὗ εἶχεν, εἰπεῖν, τί λέγεις; φάναι, ὦ Κῦρε· ἦ γὰρ σὺ ταῖς χερσὶ τούτων τι ἐφύτευσας; καὶ τὸν Κῦρον ἀποκρίνασθαι, θαυμάζεις τοῦτο; ἔφη, ὦ Λύσανδρε. Ὄμνυμί σοι τὸν Μίθρην, ὅταν περ ὑγιαίνω, μὴ πώποτε δεῖπνῆσαι πρὶν ἱδρῶσαι ἢ τῶν πολεμικῶν τι ἢ τῶν γεωργικῶν ἔργων μελετῶν ἀεὶ οὖν γέ τι φιλοτιμούμενος· καὶ αὐτὸς μέντοι, ἔφη ὁ Λ., ἀκούσας ταῦτα, δεξιώσασθαί τε αὐτὸν καὶ εἰπεῖν, δικαίως* (bei Cic. *rite*) *μοι δοκεῖς, ἔφη, ὦ Κῦρε, εὐδαίμων εἶναι· ἀγαθὸς γὰρ ὢν εὐδαιμονεῖς.*

6. *quoniam virtuti tuae fortuna coniuncta est*, „weil sich zu deiner Tugend das Glück gesellt". Cicero ändert den Sinn des Originals, indem er, wie aus dem folgenden *Hac igitur fortuna* ersichtlich ist, *fortuna* betont, während im Griechischen, wie der Zusammenhang zeigt, auf *virtus* der Nachdruck liegt, „weil deine hohe Stellung (als Fürst) mit *virtus* verbunden ist". Cicero hat offenbar, wie eine Vergleichung mit dem Texte zeigt, die ganze Stelle nur flüchtig übertragen, vielleicht gar aus der Erinnerung angeführt. Vgl. die Einleitung S. 12.

10. *M. quidem Valerium Corvinum.* Er zeichnete sich zuerst im Kriege mit den Galliern (349) als tribun. milit. aus, indem er gegen einen Gallier siegreich im Zweikampfe war. Der Umstand, dass in demselben ein Rabe auf seinen Helm geflogen und ihm geholfen, verschaffte ihm den Beinamen Corvinus. Liv. VII, 25. 26. Später that er sich im ersten samnitischen Kriege hervor.

11. *perduxisse*, nämlich *agri colendi studia.*

acta iam aetate, „als er die besten Lebensjahre schon zurückgelegt hatte"; *acta aetas* wie *exacta aetas* = *senectus*, so dass „*aetas*" „Zeit der Kraft" bedeutet.

12. *cuius inter primum et sextum consulatum.* Zum ersten Male wurde er wegen des vorher erwähnten Zweikampfes schon in seinem 24.

sex et quadraginta anni interfuerunt. Ita, quantum spatium aetatis maiores nostri ad senectutis initium esse voluerunt, tantus illi cursus honorum fuit. Atque huius extrema aetas hoc beatior, quam media, quod auctoritatis habebat plus, laboris minus. Apex est autem senectutis auctoritas. **61.** Quanta fuit in L. Caecilio Metello! quanta in A. Atilio Calatino! in quem illud elogium;

Hunc ūnum plurimaē co|sēntiunt gēntes
Populī primariūm fu|ise virum ⏑ ⏓ ⏑

Notum est id totum carmen, incisum in sepulcro. Iure igitur gravis, cuius de laudibus omnium esset fama consentiens. Quem virum nuper P. Crassum, pontificem maximum, quem postea

Jahre Consul 348. Liv. VII, 26. Das sechste Mal war er es 299. Liv. X, 11.

1. *sex et quadraginta anni interfuerunt.* Nach der vorstehenden Angabe kommen nicht 46, sondern 49 Jahre heraus. Cicero folgt der Aera des Cato, welcher die Jahre vor Chr. Geb. 324, 309, 301 den nächst vorhergehenden Jahren hinzufügt, in der Meinung, dass die Dictatoren (324 L. Papirius Cursor, 309 L. Papirius Cursor z. zweiten Male, 301 Q. Fabius Max. Rullianus z. zweiten Male, M. Valerius Corvus z. zweiten Male) nicht über das Jahr der Magistrate, von denen sie ernannt worden, hinaus ihr Amt verwalten könnten.

quant. spat. — voluerunt, tantus — fuit. Er hat so viele Jahre hindurch Aemter im Staate bekleidet, als unsere Vorfahren von der Geburt des Menschen bis zum Beginn der *senectus* zu zählen pflegten, d. i. 45 J. Mit dem 46. Jahre hörte die Verpflichtung zum Kriegsdienste ausserhalb der Mauern auf und man trat in die Centuriae Seniorum.

4. *media*, das Alter zwischen der *adulescentia* und der *senectus*. S. c. 20, § 76.

apex, poet. Wort, die Spitze, das Höchste; ursprünglich das spitzzulaufende Filzbarett der Priester.

5. *in L. Caec. Metello*, s. c. 9, § 30.

6. *in Atilio Calatino*, im ersten punischen Kriege zweimal Consul, 249 Dictator.

elogium, Inschrift auf einem Grabdenkmale, wie sich aus Cic. de fin. II, 35, 116 ergiebt, wo dieselbe Inschrift mit folgenden Worten eingeleitet wird: *Non elogia monumentorum id significant, velut hoc ad portam: Hunc unum* sqq.; und in unserer Stelle aus den Worten *incisum in sepulcro.*

8. *fuise*, alte Form für *fuisse.*

9. *id totum carmen. carmen* dasselbe, was oben *elogium* genannt ist; wahrscheinlich hatte die Grabschrift wie zwei ähnliche uns erhaltene Scipionen-Grabschriften sechs Verse, von denen hier nur zwei angeführt sind. Das Versmaass ist d. Saturnische, dessen Grundform folgende ist:

⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ | ⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑

die aber häufig verkürzt erscheint. So fehlt hier im ersten der beiden Verse die vorletzte Thesis. Auflösungen der Arsen sind gestattet.

10. *cuius de laudibus — esset fama consentiens = cum de eius laudibus — esset fama consentiens.*

quem virum nuper P. Crassum — vidimus. „Was für einen Mann haben wir in . . . gesehen!" *Videre* mit dem doppelten Accus. wie die Verba „für etwas halten", „zu etwas machen" u. a.

11. *P.* (*Licinium*) *Crassum*, s. c. 9, § 27.

M. Lepidum, eodem sacerdotio praeditum, vidimus! Quid de Paullo aut Africano loquar? aut, ut iam ante, de Maximo? quorum non in sententia solum, sed etiam in nutu residebat auctoritas. Habet senectus, honorata praesertim, tantam auctoritatem, ut ea pluris sit, quam omnes adulescentiae voluptates.

18 **62.** Sed in omni oratione mementote, eam me senectutem laudare, quae fundamentis adulescentiae constituta sit. Ex quo efficitur id, quod ego magno quondam cum assensu omnium dixi, miseram esse senectutem, quae se oratione defenderet. Non cani nec rugae repente auctoritatem arripere possunt, sed honeste acta superior aetas fructus capit auctoritatis extremos.

63. Haec enim ipsa sunt honorabilia, quae videntur levia atque communia, salutari, appeti, decedi, assurgi, deduci, reduci, consuli, quae et apud nos et in aliis civitatibus, ut quaeque optime morata est, ita diligentissime observantur. Lysandrum Lacedae-

1. *M.* (*Aemilium*) *Lepidum*, 180 Pontifex maximus; 179 zum Censor erwählt, versöhnte er sich mit seinem Collegen M. Fulvius Nobilior, mit welchem er lange in Feindschaft gelebt hatte, im Interesse des Gemeinwohls. Liv. epitome XLVIII sagt von ihm: *princeps senatus ab sextis iam censoribus lectus.*

de Paullo, der c. 9, § 29 *L. Aemilius* genannte. Ueber *African.* s. 6, § 19. Ueber *Maximus* c. 4.

2. *iam ante.* S. c. 4.

4. *honorata praesertim*; zumal wenn sie *honorata* ist. Ueber *honorata* s. zu § 22.

§ 62. Aber freilich nicht jedes Menschen Greisenalter preise ich, sondern nur das auf eine tüchtige Jugend begründete.

9. *miseram esse senectutem, quae se defenderet*, weil, wenn die *senectus* wäre, wie sie sein sollte, sie keiner Vertheidigung bedürfte. Der Conjunct. impf. *defenderet* nach der Eigenthümlichkeit der Lateiner, die Zeit des Nebensatzes in die Zeitsphäre des Hauptsatzes (*dixi*) hinüberzuziehen. S. Catonis *dicta memor.* 71 ed. Jordan.

10. *cani*, suhstant. meist nur bei Dichtern.

11. *fructus capit auctoritatis extremos.* Die *auctoritas* ist die letzte Frucht, welche einer *honeste acta superior aetas* zu Theil wird. Im Deutschen würde also *auctoritas* als Apposition zu *extremos fructus* gestellt werden. Vgl. de offic. II, c. 5: *Est Dicaearchi liber de interitu hominum, Peripatetici magni et copiosi: qui collectis ceteris causis eluvionis, pestilentiae, vastitatis* sqq. („nämlich Ueberschwemmung" u. s. w.) — *deinde comparat.*

13. *appeti*, aufgesucht, besucht werden.

decedi. Decedere alicui, auf der Strasse Jemandem ausweichen, ihm Platz machen.

deduci, Begleitung aus dem Hause, wie § 44.

reduci, zurückführen nach Hause, wie § 44.

consuli, Rath in Rechtsangelegenheiten.

14. *ut quaeque optime morata est, ita diligentissime observantur.* Wir gebrauchen statt der Superlative Comparative: je mehr, desto mehr . . .

15. *Lysandrum L., cuius modo feci mentionem*, c. 17, § 59.

monium, cuius modo feci mentionem, dicere aiunt solitum, Lacedaemonem esse honestissimum domicilium senectutis; nusquam enim tantum tribuitur aetati, nusquam est senectus honoratior. Quin etiam memoriae proditum est, cum Athenis ludis quidam in theatrum grandis natu venisset, magno consessu locum nusquam ei datum a suis civibus: cum autem ad Lacedaemonios accessisset, qui, legati cum essent, certo in loco consederant, consurrexisse omnes illi dicuntur et senem sessum recepisse. **64.** Quibus cum a cuncto consessu plausus esset multiplex datus, dixisse ex eis quendam, Athenienses scire, quae recta essent, sed facere nolle. Multa in nostro collegio praeclara, sed hoc, de quo agimus, in primis, quod, ut quisque aetate antecedit, ita sententiae principatum tenet, neque solum honore antecedentibus, sed eis etiam, qui cum imperio sunt, maiores natu augures anteponuntur. Quae sunt igitur voluptatis corporis cum auctoritatis praemiis comparandae? quibus qui splendide usi sunt, ii mihi videntur fabulam aetatis peregisse nec tamquam inexercitati histriones in extremo actu corruisse. **65.** At sunt morosi et anxii et iracundi

4. *ludis*, Ablativ der Zeit, wie *gladiatoribus* zur Zeit der festlichen Gladiatorenkämpfe u. a.

5. *magno consessu*, Ablat. absol.

7. *certo in loco consederant*. Die in der Anweisung besonderer Ehrenplätze im Theater bestehende Auszeichnung heisst Proedria.

8. *senem sessum recepisse*. *Recipere* mit dem Supinum, Platz machen, dass er kommen und sich setzen konnte.

11. *in nostro collegio*, das Augurencollegium.

12. *quod* bestimmt näher das vorhergehende *hoc*, *de quo agimus*, „nämlich dass" . . .

ut quisque aetate antecedit, ita sententiae principatum tenet. Die in dieser Construction *ut quisque — ita* gewöhnlichen Superlative (wie c. 18, § 63: *ut quaeque optime morata est, ita diligentissime observantur*) sind hier in den Verben mit superlat. Begriffe *antecedit* und *principatum tenet* enthalten. *Sententiae principatum t.* heisst: zuerst die Stimme abgeben.

13. *honore antecedentibus*. *Honores* sind hier alle obrigkeitlichen und priesterlichen Aemter ausser den mit dem *imperium* ausgestatteten militärischen und richterlichen Würden (Consulat, Prätur).

14. *qui cum imperio sunt*. In der Formel *cum imperio esse* bedeutet *imperium* die militärische Gewalt (*imperium militare*), die den Consuln, Prätoren und den mit dem Oberbefehl beauftragten Statthaltern der Provinzen durch eine besondere *lex curiata* ertheilt wurde. Dagegen bezieht sich *in imperio esse* auf die mit dem Amte des Consuls und Prätors unmittelbar verbundene richterliche Gewalt (*imperium civile*).

15. *quae sunt — comparandae*. S. c. 14, § 50.

17. *fabulam aetatis peregisse*, „das Lebensdrama bis zu Ende spielen". S. c. 19, § 70.

18. *corruisse*. *Corruere* aus Mangel an Kraft zusammensinken. Der Sinn des Ganzen ist: Wer mit allen Ehren, welche dem verdienten Alter zu Theil werden, ausgezeichnet stirbt, der hat Alles erreicht, was

et difficiles senes; si quaerimus, etiam avari. Sed haec morum vitia sunt, non senectutis. Ac morositas tamen et ea vitia, quae dixi, habent aliquid excusationis, non illius quidem iustae, sed quae probari posse videatur: contemni se putant, despici, illudi; praeterea in fragili corpore odiosa omnis offensio est. Quae tamen omnia dulciora fiunt et moribus bonis et artibus; idque cum in vita, tum in scaena intellegi potest ex eis fratribus, qui in Adelphis sunt. Quanta in altero diritas, in altero comitas! Sic se res

im Leben zu erreichen ist, also das Lebensdrama bis zu Ende gespielt. Wer aber früher stirbt, ehe er auch den Ruhm und die Anerkennung seiner Thaten hat geniessen können, der sinkt vor der Zeit dahin, wie der Schauspieler, dem im letzten Acte die Kräfte versagen, dass er nicht bis zu Ende zu spielen im Stande ist.

at sunt morosi ... Neuer Einwand der Gegner, dessen Widerlegung mit: *Sed haec morum vitia sunt* beginnt. Er gehört insofern unter den dritten Anklagepunkt (*quod privet omnibus fere voluptatibus*), als die *morositas* u. s. w. aus einem eingebildeten oder wirklichen Mangel an *voluptates* und an der aus diesen hervorgehenden Befriedigung herrührt.

1. *difficiles*, schwer zu befriedigen, unleidlich.

si quaerimus, wenn wir der Sache nachforschen, d. i. wenn wir die Sache nahe ansehen, wenn wir aufrichtig sein wollen. Oft steht *verum* dabei: *si verum quaerimus*.

sed haec morum vitia sunt, non senectutis, vgl. c. 3, § 7: *omnium istiusmodi querelarum in moribus est culpa, non in aetate*.

3. *non illius quidem iustae*, „die freilich nicht ausreichend, gegründet ist". Wir heben bei einer solchen Beschränkung einer Aussage (hier: diese Fehler finden einigermassen Entschuldigung; Beschränkung: diese Entschuldigung ist freilich nicht ausreichend) das Prädicat hervor, welches diese Beschränkung aussagt, der Lateiner dagegen das durch das Pronomen (hier *illius*) wieder aufgenommene Subject oder Object, auf welches die Beschränkung sich bezieht. Daher *quidem* nach *illius*, nicht nach *iustae*. Vgl. § 32.

4. *contemni, despici, illudi*. Steigerung: *contemnere*, mit Gleichgültigkeit ansehen; *despicere*, Gegensatz von *suspicere*; *illudere*, sein Spiel mit Jemandem treiben.

5. *offensio*, passivisch, das Beleidigtwerden. Vgl. pro Murena 40, 87: *misericordiam spoliatio* (der Verlust) *consulatus magnam habere debet*.

7. *in Adelphis*. Der Titel eines uns noch erhaltenen Lustspieles von Terenz. P. Terentius aus Karthago, Sklave und später Freigelassener des Senators Terentius Lucanus, von dem er seinen Namen erhielt, lebte zwischen der Zeit vom Ende des zweiten bis zum Anfange des dritten punischen Krieges. Wir besitzen von ihm nur noch sechs Komödien, Nachbildungen der neuen griechischen Komödie.

8. *in altero diritas*, bei dem einen der Brüder, und zwar bei Demea.

in altero comitas, bei Micio.

sic se res habet. *Sic* bezieht sich auf das Vorhergehende. So ist es. Die Naturen sind verschieden, wie in den beiden Brüdern bei Terenz. Wie nicht jeder Wein durch das Alter sauer wird, so auch nicht jeder Mensch.

habet; ut enim non omne vinum, sic non omnis natura vetustate coacescit. Severitatem in senectute probo, et eam, sicut alia, modicam; acerbitatem nullo modo. **66.** Avaritia vero senilis quid sibi velit, non intellego. Potest enim quidquam esse absurdius, quam, quo viae minus restat, eo plus viatici quaerere?

Quarta restat causa, quae maxime angere atque solli- **19**
citam habere nostram aetatem videtur, appropinquatio mortis, quae certe a senectute non potest longe abesse. O miserum senem, qui mortem contemnendam esse in tam longa aetate non viderit; quae aut plane neglegenda est, si omnino extinguit animum, aut etiam optanda, si aliquo eum deducit, ubi sit futurus aeternus. Atqui tertium certe nihil inveniri potest. **67.** Quid igitur timeam, si aut non miser post mortem aut beatus etiam futurus sum? Quamquam quis est tam stultus, quamvis sit adulescens, cui sit exploratum, se ad vesperum esse victurum? Quin etiam aetas illa multo plures, quam nostra, mortis casus habet. Facilius in morbos incidunt adulescentes; gravius aegrotant; tristius curantur. Itaque pauci veniunt ad senectutem; quod ni ita accideret, melius et prudentius viveretur. Mens enim et ratio et consilium in senibus est; qui si nulli fuissent, nullae omnino civitates fuissent. Sed redeo ad mortem impendentem. Quod est istud crimen senectutis, cum id ei videatis cum adulescentia esse commune? **68.** Sensi ego in optimo filio, tu in expectatis ad

2. *severitatem*, die auf das Wahre und Rechte hedachte Sittenstrenge; *acerbitas*, die herbe, rauhe Form, in welcher wir mit den Menschen verkehren.

3. *avaritia–non intellego* bezieht sich auf die knrz vorhergehenden Worte *at sunt–etiam avari*.

6. *quarta restat causa*. Vierter Hauptttheil. (Vgl. 5, § 15: *quartam, quod haud procul absit a morte*.)

sollicitam habere, in Unruhe versetzen und darin erhalten. Vgl. ad familiares XIV, 7: *omnes molestias – quibus te miserrimam habui* (durch die ich dich so unglücklich gemacht und in diesem Zustande erhalten habe) — *deposui*.

9. *in tam longa aetate*, nicht Zeitpunkt, sondern Zeitraum, „während", daher *in* (vgl. c. 3, § 9: *in omni aetate*).

14. *quamquam*, s. c. 1, § 1. Er stellt, sich selhst verhessernd, die früher stillschweigend zugestandene Bchauptung, dass das Greisenalter vorzugsweise dem Tode nahe stehe, in Abrede.

15. *cui sit exploratum*, „der es sicher wüsste".

17. *tristius curantur*. Ihre Heilung ist mit mehr Bekümmerniss verbunden, weil sie schwieriger ist.

18. *quod ni ita accideret*, wenn nicht so viele jung stürhen, wenn es mehr alte Leute gäbe, so würde mehr Besonnenheit in der Welt sein.

20. *nullae omnino civitates fuissent*. Aehnlich der § 20 ausgesprochene Gedanke.

23. *in optimo filio*. Er starb als *praetor designatus* 152, also zwei Jahre vor der Zeit, in welche der Dialog fällt.

tu in expectatis ad amplissimam

amplissimam dignitatem fratribus, Scipio, mortem omni aetati esse communem. At sperat adulescens, diu se victurum, quod sperare idem senex non potest. Insipienter sperat. Quid enim stultius, quam incerta pro certis habere, falsa pro veris? At senex ne quod speret quidem habet. At est eo meliore condicione, quam adulescens, cum id, quod ille sperat, hic consecutus est. Ille volt diu vivere, hic diu vixit. **69.** Quamquam, o dii boni! quid est in hominis natura diu? Da enim supremum tempus; expectemus Tartessiorum regis aetatem; fuit enim, ut scriptum video, Arganthonius quidam Gadibus, qui octoginta regnaverat annos, centum viginti vixerat; sed mibi ne diuturnum quidem quidquam videtur, in quo est aliquid extremum. Cum enim id advenit, tum illud, quod praeteriit, effluxit; tantum remanet, quod virtute et recte factis consecutus sis; horae quidem cedunt et dies et menses et anni; nec praeteritum tempus umquam revertitur, nec, quid sequatur, sciri potest. Quod cuique temporis ad vivendum datur, eo debet esse contentus. **70.** Neque enim histrioni, ut placeat, peragenda fabula est, modo, in quocumque fuerit actu, probetur, neque sapientibus usque ad ‚*plaudite*' veniendum. Breve enim tempus aetatis satis longum est ad bene honesteque vivendum; sin processerit longius, non magis dolendum est, quam agricolae dolent, praeterita verni temporis suavitate aestatem autumnumque venisse. Ver enim tamquam adule-

dignitatem fratribus, zwei jüngere Brüder, von denen der eine, 12 Jahre alt, fünf Tage vor dem Triumphe des Vaters, L. Aemilius Paullus, über den Perseus, der andere, 14 Jahre alt, drei Tage nach demselben starb.

5. *at est eo meliore* sqq. ist die Antwort auf den vorhergehenden Einwand: *At senex ne quod speret quidem habet.* S. zu c. 11, § 35.

7. *quamquam*, vgl. c. 1, § 1.

8. *supremum tempus*, das höchste bei den Menschen vorkommende Lebensalter.

9. *Tartessiorum regis.* Tartessus, ein Staat an der Südküste von Spanien, der Küste von Africa gegenüber.

ut scriptum video. Herod. I, 163: Arganthonius lebte zur Zeit des Cyrus. ἐτυράννευσε δέ, heisst es dort, *Ταρτησσοῦ ὀγδώκοντα ἔτεα, ἐβίωσε δὲ πάντα εἴκοσι καὶ ἑκατόν.*

13. *tantum remanet*, „nur so viel bleibt".

14. *consecutus sis* = *consecuti sumus, consecutus aliquis est.*

16. *quod cuique – datur, eo debet esse contentus.* Wir: Jeder muss mit dem zufrieden sein, was .. Vgl. c. 10, § 33: *tantum, quantum potest quisque, nitatur.*

18. *peragenda est fabula.* Vgl. c. 18, § 64.

modo = *dummodo.*

19. *usque ad ‚plaudite'* d. i. bis zum Ende des Stücks, welches mit der Aufforderung an die Zuschauer zu schliessen pflegte: *Plaudite.*

22. *verni temporis suavitate*, die anmuthige Frühlingszeit. Vgl. c. 21, § 77: *vitae modo atque constantia.*

scentiam significat ostenditque fructus futuros; reliqua tempora demetendis fructibus et percipiendis accommodata sunt. 71. Fructus autem senectutis est, ut saepe dixi, ante partorum bonorum memoria et copia. Omnia autem, quae secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis. Quid est autem tam secundum naturam, quam senibus emori? quod idem contingit adulescentibus adversante et repugnante natura. Itaque adulescentes mihi mori sic videntur, ut cum aquae multitudine flammae vis opprimitur, senes autem, sicut cum sua sponte, nulla adhibita vi, consumptus ignis extinguitur; et quasi poma ex arboribus, cruda si sunt, vix evelluntur, si matura et cocta, decidunt, sic vitam adulescentibus vis aufert, senibus maturitas; quae quidem mihi tam iucunda est, ut, quo propius ad mortem accedam, quasi terram videre videar, aliquandoque in portum ex longa navigatione esse venturus.

72. Senectutis autem nullus est certus terminus, recteque in ea vivitur, quoad munus officii exequi et tueri possis; ex quo fit, ut animosior etiam senectus sit, quam adulescentia, et fortior. Hoc illud est, quod Pisistrato tyranno a Solone responsum est, cum illi quaerenti, qua tandem re fretus sibi tam audaciter obsisteret, respondisse dicitur ‚*senectute*'. Sed vivendi est finis optimus, cum integra mente certisque sensibus opus ipsa suum ea-

10. *quasi* = *quemadmodum*, alterthümlich. Vgl. Plaut. Aulul. 4, 1, 6: *qui amanti hero servit, quasi ego servio.* Cicero scheint mit Absicht hier und da in dieser Schrift Archaismen, die der Zeit des Cato angehören, angewendet zu haben. Dahin zu rechnen sind die vielen passivisch gebrauchten Deponentien (z. B. § 4. § 59. § 74), die Construct. *quam viam – ingrediendum sit* c. 2, die c. 20, § 72 folgende Form *audaciter*, u. a.

vix evelluntur, „nur mit Mühe sich abreissen lassen".

11. *matura et cocta.* Hendiadyoin (s. zu c. 6, § 25), „durch die Sonne gereift".

14. *aliquando*, „endlich einmal", enthält wie oft den Begriff des Ersehnten. Vgl. Cic. Cluent. 18, 51: *Collegi me aliquando et ita constitui fortiter esse agendum.*

16. *munus officii*, das Amt, das Geschäft, dessen Besorgung die uns auferlegte Pflicht verlangt.

